



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annvs Sanctvs Ac Fortvnatvs**

**Coloniæ Agrippinæ, MDCXLVIII**

S. Apollonia Mart. 9. Febr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53246](#)

## S. APOLLONIA Mart.

9. Febr.

1. Apollonia virgo Alexandrina iam prouecta etatris, cum sub Decio Imperatore ad idola susteretur, ut ea veneraretur; illis contemptis IESVM Christum verum DEVM colendum esse praedicabat. DOC. Sic cole Virginitatem, cole & IESVM anima tua sponsum.

2. Quia deos Etnicorum detestabatur, omnes ei contusi sunt, & euulsi dentes: ideoque contra dolores dentium Patrona inuocatur, ijsque persæpe medetur. DOC. Pro Deo ac veritate fai & tu patienter alapas, doloresque dentium.

3. Minatur accenso rogo impij carnifices viuam comburendam nisi Deos coleret; sed elapsa ex eorum manibus, ipsam et alacris in ignem insiliit, maiori Spiritus Sancti flamma in corde intus accensa. DOC. Nil dominum minas nil ignes pro Deo facias.

4. Flammis consumptio corpore spiritus in cœlum etiolas sempiterna martyrij corona nobilitatus, quod patrata post mortem miracula attestatur. DOC. Patere modicum, ut triumphes æternum.

5. Oratio, quæ S. Apollonia contra dolores dentium inuocatur, hæc est.

### ORATIO.

Virgo Dei egregia      Ne pro reatu criminum  
Pro nobis Apollonia      Morbo vexemur dentium:  
Fide preces ad Dominū,      Sed sanitate capitis  
Ut tollat omne noxiūm.      Fruamur, atque corporis.  
¶. Specie tua & pulchritudine tua.  
¶. Intende, prosperè procede & regna.

### OREMVS.

DEUS pro cuius Sanctissimi nominis honore  
B. Apollonia Virgo, & Martyr amaram & horribilem dentium excussionem sustinuit, præsta quæsumus, ut qui eius venerandam memoriam pia deuotione frequētans, hos à terro dentium dolore immanes custodiat, & post huius vita ærumnas ad beatā patria gaudia perducat. Per Dominum, &c.

